

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA  
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

**723**

**1226/07/28.**

*Rui Ruíz vénelle ó mosteiro de Toxos Outos a herdade que el comprara na vila de Cariño, en Sta. Baia de Boiro, por cento sesenta soldos.*

B.- Tombo, f. 180r.

**Carta Ruderici Ruderici de hereditate de Carino.**

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego Rodericus Roderici vobis domno abbati Johanni Tudini monasterii Sancti Justi et omni conuentui eiusdem loci grato animo et spontanea uoluntate facio cartam uendicionis imperpetuum ualitura de tota mea hereditate quam comparaui de Fernando Fernandi dicto de Manu in villa Carino quam ipse habebat de matre sua Lupa Oduarii tam de auolencia quam de ganancia in territorio Pistomarchos subtus montem Irocti decurrente riuulo Gamo prope ripam maris concurrentem ad ecclesiam Sancte Eolalie de Ouorio in villa predicta Carino. Vendo uobis supradictam hereditatem cum suis directuris, et cetera, pro precio nominato solidis C<sup>m</sup> LX<sup>a</sup> cum suo robore, et cetera. Siquis igitur ex parte mea uel extranea contra hoc uenerit pariat solidos CCC; et carta, et cetera.

Facta carta sub era M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup> LX<sup>a</sup> IIII<sup>a</sup> et quotum V<sup>o</sup> kalendas augusti.

Ego Rodericus Ruderici, et cetera.

Q. p. f.: Munio Petri de Treuonzo, ts. Petrus Petri, frater eius. Fernandus Pelaiz, miles, ts. Petrus Iohannis de Gracio, ts. Petrus Pelaiz de Gracio, conf. Petrus Stephani, conf. Petrus Belletus, conf. Johannes Pelagii Cauascon, conf.

Ego Johannes Iohannis qui notui per mandatum domni Froyla Petri, justicie domini regis et domini archiepiscopi in Pistomarchis ab eis constituti, in cuius manibus fuit roborata.

Ego Froyla Petri in cuius manibus fuit roborata et conf.